

hoc dominium ex jure Prætorio verum & plenum est non utile
arg. l. 2. de poss. hered. pet. l. 117. de reg. Jur. junct. l. 59. cod. Vid. Dn. Hahn. disp. de jure rer. Concl. 38.

(b) quasi dominium, fictum seu præsumtum est, quod
revera non est, sed æquitate suadente fingitur *arg. § 3. Instit. de
actionibus, l. 48. de acq. rer. dom. l. 136. de Reg. Jur.* Et est jus
quod habet ille, qui rem bonâ fide & justo titulo possidet, seu,
jus in re quod competit ei, cuius pignoris vel hypothecæ vel
servitutis personalis vel realis debetur *l. pignus 1. ff. de pignorat.
act. l. 11. §. 1. l. 12. §. 1. & seqq. ff. de publiciana in rem actione.*
Hinc loquendi formulæ frequentes in jure; quasi dominus
*l. si quis 8. ff. de interrogationibus quodammodo meum l. 4. Præ-
tor. §. 1. ff. de edendo quodammodo dominam l. 1. ff. rerum amo-
tar. loco domini, l. qui fundum 7. §. 3. ff. pro Emptore ad inllas
proprietatis Illpian. in l. 7. §. 6. ff. de public. in rem actione, & qui
habet istiusmodi dominium, pro domino facere & agere di-
citur l. 48. ff. de solut. Res enim habetur jure domini vel et-
iam quasi domini, i. e. si non sit in me translatum dominium,
tamen possidendo possum effici dominus, si bona fide & justo
titulo rem non vitiosam mihi traditam possideo; unde ista duo
consueverunt simul apponi, jure domini vel quasi. *Schneid. ad
§. 5. Inst. de action. in formato ibid. libello pag. m. 530.* quod ver-
bum nota est improprietas, quo non denotatur veritas, sed
in universum quæ ad exemplum aliorum in jure introducta
sunt, intelliguntur *l. id. tempus 14. in fin. ff. de usurp. & usu cap.**

IX.

Verum dominium vel est perfectum seu plenum (a) vel
minus plenum. (b) Et hoc vel est directum (c) vel utile (d)

(a) Illud est quando quis integrum jus habet; seu: cum
quis & proprietatem rei habet & omne ejus emolumentum,
*arg. l. 4. de alim. & cibar. leg. l. 46. de usufr. l. 11. C. de action. Em-
pti. l. 17. §. fin. de rei vindicat.*

(b) Hoc est, definiente Molina, quando is, qui Domi-
nus rei alicujus est, non habet integrum jus in illa, sed pars una
juris ad unum pertinet altera ad alium; faciunt huc *l. si cujus 13.
pr. ff. de usufr. l. si tibi 17. ff. quib. modis usufr. amitt.*

B 2

(c) Di-